

*Nullæ-ne exceptiones post sententiam
opponuntur?*

Sunt, quæ tunc quoque opponi possunt, oppositæque & probatæ executionem ejusdem impediunt; qualis est exceptio S.C. Macedoniani, filiofam. mutuam pecuniam accipienti competens, & exceptio S.C. Velleiani, competens mulieri quæ pro alio intercessit. Militi quoque post sententiam excipere est permisum; uti & donatori, marito, patrono, socio, & aliis, quibus concessum, ne in plus, quam facere possunt ex condemnatione facta convenientur.

Quando mulieribus succurritur?

Ne eis intercessio noceat, succurritur, si non callidè sint versatæ: nam deceptis, non decipiètibus mulieribus, Senatus subvenire voluit. Infirmitas enim sexus, non autem calliditas earum, auxilium meretur, ac Regula hoc sic expressit: *Mulieribus tunc succurrendum est, cùm defraudantur, non ut facilius calumniantur.* Calumniantur autem mulieres, quoties decipiendi animo intercesserunt, cùm scirent sè non teneri, & exceptione S.C. Velleiani non adjuvantur: quia cessat mens Senatus, & quia in jure spectanda potius est æquitas, quam stricta juris ratio.

*I. 110.
§. ult. ff.
de R. J.
l. 12. 30.
ff. § l.
22. §
23. C. ad.
S.C. Vel-
leian.
l. 90. ff.
de R. J.*

*Minoribus quatenus restitutio in
integrum datur?*

Datur causâ cognitâ. In causæ cognitione, probanda est minor ætas 25. annorum: Item lœsio, ab ipso minore; Quod videlicet ea contigerit, inconsultâ suâ facilitate, seu imprudentiâ, quæ consuevit huic ætati esse conjuncta; nam si aliter fuerit minor lœsus, cessat in integrum restitutio, quia Non

I. 116. capitul, qui *jus publicum sequitur*, seu *jus
§. 2. ff. commune*, quod *alius quisque coactus fuisset
de R. J.* sequi contrahendo. *Præterea estimanda erit
laesio ex tempore*, quo minor contraxit, non ex quo petit se restitui.

Quæ dicuntur Exceptiones Reales, & Personales, & quibus eæ competunt?

I. 7. ff. *Reales dicuntur, quæ rei cohærent. Personales, quæ personæ.* *Reales autem non solum principali debitori, sed & heredi & fidejussori, profundunt; cum enim hic in eandem causam se obligaverit, uti exceptionibus ex Text. in ea nascentibus poterit. Personales non ac seqq. §. fin. t. commodantur fidejussori, sed personæ ipsius Rei cohærent: veluti exceptio, ne quis condemnetur ultra quam facere potest, quia concessa est intuitu conditionis, ipsam personam concernentis, uti reverentiæ, pietatis, indigentiae: quæ cum non sit eadem in fidejussore, id est illi non competit; tum etiam, quia suam personam, tanquam magis idoneam, substituit pro persona rei principalis.*

Quæ dicuntur Exceptiones Facti, & quæ Juris?

I. sup. §. I. *Facti seu Intentionis exceptio est, quæ Actoris, nullo jure agentis, intentionem excludit, ut puta ejus, qui pecuniam nunquam creditam, vel si credita fuerit, semel solutam, condicat.*

Juris vero, quæ Actoris jus, id est, actionem, excludit, ut puta ejus, qui promissione, metu dolore malo sibi factâ, ad id, quod promissum est, actionem juris subtilitate sibi competentem, movet.

Potest-ne quis pluribus uti exceptionibus?

Potest, etiam diversis; non item contra-

riis, ne contradicere sibi videatur; nisi eas, alternative, aut conditionaliter proponat: ut si dicat, *Nego, me pecuniam accepisse?* aut, *Si accepi, dico me solvisse.* Idque Reo specialiter favore liberationis indulgetur, non item Actori; cui licet plures sint actiones, una tantum experitur. Nam Actor paratus ad judicium venit, ideoque recte apud se statuit, quam actione utatur; Reus vero imparatus ad judicium trahitur, cuius proinde conditio foret misera, si unam tantum exceptione uti posset. Igitur, cum secundum naturam magis sit defensio, quam oppugnatio, poterit reus, judicio pulsatus, pluribus exceptionibus contra actorem se tueri; nisi eas proponi lex impedit, in poenam mendacii.

TIT. XIV.

De Replicationibus.

Quemadmodum Exceptio opponitur Actioni, ita Replicatio Exceptioni; & sic deinceps.

Quid ergo est Replicatio?

Et secunda Actoris allegatio, vel Exceptio à Reo propositæ exclusio, quam de exceptione contrariam exceptionem, seu exceptionis exceptionem vocat.

Cur introducta?

Actoris adjuvandi gratiâ, ne forte ei noceat exceptio, à Reo iniquè proposita. Semper enim Replicatio idcirco objicitur,

l. 42. §.
1. 3 l.
43. ff. de
R. J.

l. 21. §.
1. ff. eod.

l. 2. §. 1.

ut exceptionem oppugnet, & resolvat: veluti cùm pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat; si conveniatur, excipit rectè: si tamen postea in contrarium aliud pactum sit subsecutum de petendo, per Replicationem eliditur prius pactum, & exceptio inde nata; quia hæc ratione pacti posterioris est injusta.

Quid replicationi opponitur?

S. rur. sus. d.l. I. §. 3. *Duplicatio adjuvandi Rei causâ, quæ si injesta videatur Actori, salva ei est Tripli-catio.* Et si hæc nocere possit Reo, illi tunc concessa alia est exceptio ad excludendam Actoris triplicationem, quæ habitâ ordinis ratione *Quadruplicatio* dicitur. Cui deinde opponitur *Quintuplicatio*; & sic deinceps multiplicantur nomina, donec aut Actor habeat quod objiciat aut Reus, quo obje-ctum diluat & elidat. Sed ne in infinitum procedatur litigando, Judicis erit modum ponere, finemque litigatoribus præscribere: cùm infinitas sit vitanda, & refrenanda licentia in immensum evagandi, & sèpius facta repetendi, quæ magis causam implicant, quam explicant.

TIT. XV.

De Interdictis.

Sequitur de Interdictis, quia hæc vice Actionum habentur.

Qua dicuntur Interdicta?

in prin. b. **I**Ure veteri interdicta erant formulæ seu conceptiones verborum, quibus Prætor, cùm de possessione, aut quasi possessione, inter-

inter aliquos contendebatur , aliquid fieri jubebat, aut prohibebat, quoad de proprietate judicaretur. Quæ formulæ ex eo appellantur *Interdicta* , quod inter duos litigantes à Prætore dicerentur interim.

Hodie verò sublatis formulis , *Interdicta* §. 2. § sunt actiones extraordinariæ de possessione §. fin. b. vel quasi possessione , à Prætore datæ. t.

Dico esse *Actiones* ; quia hodie, postquam judicia facta sunt extraordinaria , pro interdictis exercemus actiones, quibus summatim agitatur causa possessionis , exactiori veritatis examine remisso ad petitorium.

Differunt-ne ab Actionibus?

Differunt in multis , licet actionum nomine veniant *Interdicta*. Nam actiones partim sunt Civiles , partim Prætoriæ; *Interdicta* omnia Præatoria. Actiones aliae in Rem , aliae in Personam ; *Interdicta* vi ipsâ sunt personalia , licet in rem scripta. Actiones multæ sunt de proprietate rerum privatarum ; *Interdicta* omnia sunt de possessione , quæ est facti , & in publicis interponuntur. Denique actiones causam finiunt , ac terminant ; *Interdicta* tantum præparant & ordinant causam proprietatis.

Differant-ne ab Edictis?

Planè ; quia *Edicta* publicum jus constituant generale , & ad omnes pertinent : *Interdicta* verò inter privatas tantum personas redduntur , & ad eas spectant , inter quas proponuntur.

Quotuplicia sunt Interdicta?

Triplex hoc Tit. divisio Interdictorum proponitur : prima desumpta à forma concipienti interdicta , hinc alia sunt *Prohibitoria* , alia *Restitutoria* , alia *Exhibitoria* : secunda à fine , in quem tendunt *Interdicta* , quæ vel

sunt adipiscendæ possessionis , vel retinendæ , vel recuperandæ : tertia ab accidenti , in Simplicia , & duplicita . Addi potest & quarta , sumpta à materia , id est , rebus de quibus interdicta competunt .

De quibus igitur rebus competunt Interdicta ?

I. i. in princ. ff. b. t. De rebus aut divinis , ut de locis sacris vel religiosis : aut humanis . De rebus sacris unicum est Interdictum . Ne quid in loco sacro fiat , id est , ne quid fiat , deformitatis vel incommodi causâ . De rebus religiosis sunt duo interdicta : I. De mortuo inferendo . II. De sepulchro ædificando . Illud datur adversus eum , qui mortuum sepelire ; hoc contra eum qui sepulchrum ædificare vel reficere prohibet .

De rebus humanis quæ interdicta dantur ?

tit. ff. de loc. & Publicæ , vel singulorum . De rebus humanis publicis est interdictum , Ne quid in loco publico fiat ; quod datur cuivis ex populo , *tit. seqq.* adversus eum qui in publico vult facere , quod legibus prohibetur . Item , *Ne quid in itinere publico fruendo* ; quod datur conductori loci publici , adversus eum , qui facit , quominus eo frui possit . Item , *Ut in flumine publico navigare liceat* ; quod datur cuivis de populo , adversus prohibentem , in lacu & flumine publico navigare , vel in ripa onerare & exonerare .

De rebus privatis , sunt pleraque interdicta , quæ hoc Tit. proponuntur .

Quæ dicuntur Interdicta Prohibitoria , Restitutoria , & Exhibitoria ?

§. summa. Prohibitoria sunt , quibus Prætor vetat aliquid fieri , veluti vim sine vitio possidenti;

vel mortuum inferenti in locum, quo ei jus erat inferendi; aut in flumine publico ripave quid fieri, quo pejus navigetur.

Restitutoria sunt, quibus Prætor jubet aliquid restitui, nimirum, rem vel opus aliquod, veluti bonorum possessionem, aut legata citra voluntatem heredis accepta.

Exhibitoria sunt, per quæ jubet Prætor exhiberi aliquid, veluti tabulas testamenti, vel liberum hominem, aut eum, de cuius statu queritur, servus an liber sit.

*Cur interdicta quædam sunt Adipiscendæ
Possessionis, quædam Retinendæ,
quædam Recuperandæ?*

Quia tendunt partim ad acquirendam de §. se novo possessionem, contra occupatorem; quens. partim ad tuendam pristinam, contra turbatorem; partim ad recuperandam amissam, contra expulsorem.

Quæ sunt interdicta Adipiscendæ possessionis?

Quæ competitunt iis, qui ante non fuerint §. adipisci nati possessionem; non etiam, qui eamdem scenda. scendi amiserint. Cujusmodi est interdictum, *Quorum bonorum, Quod legatorum, & interdictum Salvianum.*

*Interdictum Quorum bonorum, cui, &
adversus quem datur?*

Datur bonorum possessori, id est, ei, qui l. I. f. §. per Prætorem loco heredis constitutus est, c. quo adversus eum, qui vel pro herede possidet, rum bo putans se heredem esse, cum non sit; vel norum. pro possessore, hoc est, qui nullo jure seu titulo rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens eam ad se non pertinere, possidet.

Igitur non datur adversus justo titulo possi- l. 2. f. i.

dentem ; hic enim cùm sit in pari causa cum petitore , potior esse debet ratione possessionis. Neque etiam redditur adversus debitores hereditarios , qui jus quasi possident, sed adversus corporum possessores , ut ea in petitorem transferantur.

In quo Interdictum hoc petitioni hereditatis simile aut dissimile est ?

Simile est , quòd utrumque sit judicium universale , & universaliter intentetur ; quod utrumque adversus eum , qui pro herede vel pro possessore possidet. Utrumque eò tendit, ut res possessa restituatur. Neutrum datur adversus titulo possidentem.

I. 9. de pet. hered. *Dissimile* in hoc , quod Interdictum sit de possessione ; Petitio hereditatis de jure ac dominio : quod interdictum hoc non detur in debitorem hereditatis ; Petitio hereditatis etiam in eum detur , ut solvere cogatur heredi.

Interdictum Quod legatorum , cui competit , adversus quem , & ad quid ?

I. I. §. 2. ff. quod legat. I. C. eod. *Competit* heredi , qui satisdedit , adversus quemlibet , legatorum nomine rem hereditariam sine heredis voluntate occupantem ; ad hoc , ut eam restituat , vel in id , quod heredis interest , condemnetur. Nec facit quòd legatarius sit rei legatæ dominus , & malè videatur heres petere res , quas restituere debet : nam interest heredis habere res penes se , ut quatenus ultra dodrantem est legatum , commodiùs sibi Falcidiam retineat. Contra donatarium mortis causâ hoc interdictum non competit , quia possidet is voluntate defuncti , ut Falcidia heredi sit salva.

*Interdictum Salvianum cui, & contra
quem datur?*

Datur domino, eidemque locatori prædii *l. i. ff. de
rustici*, contra conductorem, ad persequen- *Salvia-
dam possessionem rerum conductoris*, pro *no in-
terd.* mercede tacitè vel expressè pignori obliga-
tarum. At *quasi Salvianum* datur non tan- *Cujac. l.
tum domino fundi*, sed & cilibet creditori, *5. obser-
adversus debitorem*, ad persequendam pos- *c. 24.
sessionem rerum pignori obligatarum*. Quod
& *Utile* dicitur, quia conceptum est in fa-
ctum, adversus possesseorem quemlibet extra-
neum.

*Quid differt hoc Interdictum à
Serviana actione?*

I. Quod actio Serviana sit in rem, utpote *Tit. C. de
de jure pignoris*, & detur contra quemvis *prec. §
possesseorem*, etiam ipsum colonum. Interdi- *Salvi.
ctum Salvianum* est in personam, & de pos- *interd.
fessione*, ut omnia interdicta, tantumque *ibi
datur contra conductorem ipsum*, qui debitor *Cujac.
est*, adipiscendæ possessionis causâ, ut ea
restituatur.

II. Hoc interdictum est expeditius, cùm
sit possessorium, & sufficiat probare posse-
sionem debitoris, tempore oppignorationis,
non admissa exceptione dominii. Serviana
verò est petitoria, ipsum pignus persequens,
quod probandum est tempore contractûs in
bonis debitoris fuisse.

Quæ sunt Interdicta Retinendæ possessionis?

Quæ interponuntur inter eos, qui ab utra-
que parte de proprietate alicujus rei conten- *§. reti-
dunt, utroque ratione juris sui possidere vo- nenda.
lente, ita ut dubium sit, quis possidere
debeat, & quis petitor, quis vero posses-*

l. i. § Sor habendus sit : Nisi enim exploratum
3. uti possid. ante fuerit , utrius sit possessio , non potest
 petitoria actio institui. Hic ergo Prætor con-
 stituit , ut qui tempore instituti judicii in
 possessione erat , is in ea permaneat , donec
 de proprietate cognoscatur : alter verò partes
 sustineat actoris , nimirum is , qui ad judi-
 cium provocavit.

Possessor in pari causa cur potior habetur ?

§. com- modum. Quia personam rei solet sustinere , & com-
 modum illud habet , quod , etiamsi ejus res
b. t. non sit , si modò actor non potuerit suam
 esse probare , remaneat in suo loco possessio.
l. 128. ff. Adèque commodius est possidere , quàm
de R. J. petere , ut quoties de lucro uterque certat ,
l. 33. § semper durior causa sit petitoris , qui ad lu-
l. 126. §. crum & victoriam causæ contendit. Quin &
ult. ff. ubi uterque litigantium in damnum occurrit ,
de R. J. aut par est delictum , semper oneratur petitor ,
l. 154. ff. & melior habetur possessoris causa : sicut fit ,
l. regula omnes ex hoc fonte manarunt , quod
125. ff. favorabiliores Rei potius , quàm Actores ha-
 beantur , absolvanturque Rei , ubi jura
 obscura sunt.

Quotuplex est hoc Interdictum ?

§. sed in- terdicto. Duplex , Uti possidetis , & Utrubi. Prius
l. i. §. 4. competit pro retinenda possessione earum
ff. uti posside- tis. rerum , quæ sunt soli , atque immobiles :
 Posterius pro retinenda possessione rei mo-
 bilis. Utroque interdicto Prætor vim fieri
 vetat , tueturque eum , qui tempore litis
 contestata possidet. Consequenter proponitur
 post interdictum Unde vi. Illud enim restituit
 vi amissam possessionem , Interdictum Uti
 possideris , tuetur , ne amittatur possessio.

Quæ utriusque hujus Interdicti est differentia?

Olim in Interdicto *Uti possidetis*, potior *Vers.* erat is, qui rem possidebat tempore redditum *quorum* interdicti: in Interdicto *Utrubi*, is, qui majore parte anni, retrorsum numerati, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Majore parte anni posseditse intellegebatur etiam is, qui duobus tantum mensibus possederat.

Hodie utriusque Interdicti, quantum ad *Vers.* possessionem attinet, eadem est potestas, *hodie.* nempe ut ille vincat in rebus tam immobilibus, quam mobilibus, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatae tempore detinet. Novissimè *c. 9. ex-* tamen prævalet is, qui vel justiorem, vel *tra de* antiquiorem possessionem probat. Nam hoc *probat.* casu, si non apparet de titulo adversarii, præsumitur vitiosa ejus possessio.

**Quid juris, possessione utrinque
æqualiter probata?**

Tum puto præferendum eum, qui titulum *l. 13. §.* suæ possessionis docebit. Quod si in hoc *14. ff. de* pares sint litigantes, pro reo pronuntiandum: *judic.* &, si quis reus, quis actor sit, ignoretur, res sorte erit dirimenda.

**Quoniam verò de possessione hic agitur,
dic quomodo ea acquiratur.**

Acquiritur possessio corpore & animo. *l. 153.* Corpore, id est, corporali apprehensione *de R. J.* rei: non per se animo, nec per se corpore, sed conjunctim utroque. Ut proinde possessio *l. 1. §. 3.* nem non acquirant illi, quibus sensus *§ l. 3. l.* deest, quia aliàs dicendum foret, eam solo *32. ff. de* corpore acquiri. Hinc furiosus & pupillus *acq. pos.* non querunt sibi possessionem, quod af-

fectum tenendi non habeant, nisi tutoris aut curatoris accedit auctoritas, quæ suppleat judicium furiosi & pupilli. Per quos autem acquiratur, dictum supra.

Quid, si de possessione rei peculiaris agatur?

l. 24. in fin. ff. de aut filius: quia, cùm sint in potestate, non acq. pos. possunt videri domini esse peculii, aut illud l. 118. ff. possidere, nimirum possessi ab alio. Quo fit, de R. J. ut, siquidem de rei peculiaris possessione per interdictum recuperandæ, retinendæ, aut adipiscendæ agatur, debeat ipse dominus & pater agere: quod dictat regula: l. 93. ff. Filius fam. neque retinere, neque recuperare, de R. J. neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

Quomodo retinetur possessio?

l. 30. §. Retinendo solo animo. Facilior enim est §. ff. de retentio, quam acquisitione. Quomodo possessionem servi fugitivi animo semper retinet l. 3. §. 5. dominus, & prædia quælibet, ex quibus non § 7. § dominus, & prædia quælibet, ex quibus non l. 25. in eâ mente recedit, ut omisisse possessionem fin. ff. d. velit. Imò licet aliis sit in prædio, non ideo tamen dominus ejus possessionem amisit: utpote animo retentam: nisi reversus, ab eo, qui possessionem est ingressus, jure repellatur, cùm duo in solidum eam rem tenere nequeant.

Per quem retinetur?

l. 17. §. Per quemlibet, alicujus nomine possiden- 1. ff. de tem: non enim per solum quilibet possidet, acq. pos. sed & per alium, quamvis ipsius juri non l. 8. ff. subiectum; puta per colonum, inquilinum, cōmod. commodatarium, depositarium; ii quidem naturaliter dicuntur possidere, aut, quod verius, in possessione esse, alieno nomine.

namen. Neque enim possessio rei depositæ ad depositarium transit , aut commodatæ ad commodatarium , sed remanet apud eum , qui concessit

Quomodo amittitur?

Eo quo acquiritur , cùm nihil tam naturale l. 35. h.
sit, quām singula sic dissolvi, quemadmodum 153. ff.
colligata sunt. Ita nulla possessio amitti potest , de R. J.
nisi in qua utrumque in contrarium actum est, l. 6. §.
hoc est , nisi is , qui jam antea corpore seu fin. l. 7.
naturaliter possidere desit, desinat quoque & de acq.
animum à possessione recuperanda habere poss.
alienum , aut quia desperet , vel quia nolit.

Quod est Interdictum Recuperandæ possessionis?

Interdictum Unde vi , quo quis amissam §. reeu-
vi expulsivâ possessionem recuperare con- peran-
tendit. Quod summam habet æquitatem , dæ. Bar.
scilicet ne violentia alteri sit damnosa. Habet ad l. 3.
locum in dejecto è possessione rerum corpo- §. 13. ff.
ralium saltem directum pro quasi posses- de vi, §.
sione rei incorporalis , utile interdictum vi armis.
competit.

Cui datur hoc Interdictum?

Datur dejecto è possessione rerum corpo- l. 1. §. 1.
ralium immobilium (nam pro mobilibus 9. 30. ff.
datur actio Vi bonorum raptorum) qui eas d. t.
possidebat suo , non alieno nomine : &
quidem tempore dejectionis , sive civiliter,
sive naturaliter , sive per alium , sive justè ,
sive injustè ; nam & prædoni & spoliatori hoc
interdicto succurritur. Et non tantùm , si ab c. in li-
alio vi , clam , vel precario possideat , verùm teris , x.
etiam si ab ipso dejiciente : quod ita indu- de restitu-
ctum in odium spoliationis , ut proinde spol.
exceptio dominii frustra opponatur.

Adversus quem datur?

d.l.i.6. Datur adversus eum , qui vi dejecit , sive
12. & per se , sive per alium , jubendo , & ratum
14. habendo , quia ratihabitio in delictis man-
l.fin.c. dato æquiparatur. Tenetur etiam dominus ,
unde vi. cuius familia dejecit , sed is liberari potest
 noxæ deditio. Jure novo extenditur hoc
 interdictum ad eum , qui vacuam alterius
 possessionem intravit , cùm talis à prædone
 non distet , quippe invadens rem , quam scit
 non esse suam : scire enim debuit , esse
 alienam.

l.126.ff. Item non distat à prædone , qui propriâ
de R. auctoritate rem occupat , etiam sibi vendi-
c. 82. tam & non traditam. At verò *prædo nemo*
cod.in 6 est , qui *pretium numeravit* , licet sciens à
l.5.ff.de acq. pos. non domino rem emerit.

*Datur - ne adversus tertium spolii
 possessorem?*

l.7.ff.de Jure Civili non datur , cùm sit personale ,
vi. & conceptum in eum , qui vim fecit. Jure
arm. tamen Canonico , & in eum datur , dum-
c.15. & modo sciat , se rem à spoliatore habere :
18.x.de restit. quia talis videtur succedere in vitium sui
spol. auctoris ; & non multum intersit quoad
 animæ periculum , injustè & scienter rem
 alienam detinere , aut invadere.

Ad quid , & ad quod tempus , datur ?

d.l.i.6. Datur ad restitutionem possessionis , &
34. & damni omnis , per dejectionem dati , ne
fin. & l. injuria fiat dejecto , & ne ex suo maleficio
3.in pr. aliquid dejicienti accrescat. Non interest , res
f. eod. sint salvæ , an perierint , ad spoliatorem
 pevenerint , nec-ne. Datur intra annum
 utilem , à die , quo dejectione facta , quia
 actio est poenalis: post annum ad ea tantum ,

quæ ad spoliatorem pervenerint : ad quæ & heres tenetur , quia is in lucro versari non debet, sed id ab eo extorqueri. Quod expressit hāc Regulā Pomponius : *Sicuti pœnā ex l.28. f. delicto defuncti heres teneri non debet , ita de R.J. nec lucrum facere.*

Est-ne alia pœna legibus præscripta in eum , qui quem vi dejicit ?

Distingue. Aut enim sine armis aliquem §. sed ex de possessione dejicit, aut cum armis. Priori constit. casu tenetur de vi privata , cuius pœna est l. fin. ff. publicatio tertiarum partis bonorum : Posteriori, de vi de vi publica , cuius pœna est deportatio. l. 10. in Novissimè tales , tanquam turbatores pacis in ff. ad publicæ , banno puniuntur. L. Jul. de vi pub.

Quæ dicuntur Interdicta simplicia ? quæ duplia ?

Simplicia sunt , in quibus distinctæ sunt §.tertia. personæ Actoris & Rei , adeòque constat , quis possideat , vel non possideat. *Duplicia* , l.2. ff. de in quibus par utriusque litigatoris est con-interd. ditio , nec constat , quis possideat , vel non ; & proinde unusquisque partes tam Actoris , quam Rei sustinet.

Simplicia sunt *Restitutoria* , & omnia *Exhibitoria* : in his namque apertè discerni potest Actor à Reo. Actor est , qui desiderat rem sibi restitui vel exhiberi : Reus , à quo desideratur , & restitui vel exhiberi petitur. *Duplicia* sunt , *Prohibitoria* : nempe uti possidetis , & Utrubi ; in quibus uterque se possidere affirmat , & adversarium possidere negat.

Quis ordo vetus fuit Interdictorum ?

Supervacuum est hodie dicere. Nam veteres ambages ruptæ sunt , solemnitates & formulæ abolitæ interdictorum , uti & actio- §. fin. b. t. l. ult. t. c. b. t. l. I. C. de

form. & *num.* Hodie si de possessione inter aliquos
imp. controversia incidat, experimur actionibus
subl. utilibus, ut dictum in initio tituli. Quid
Myns. autem mores regionum induixerint, hac in
Gail. materia, vide pragmaticos.

TIT. XVI.

De pœna temerè Litigantium.

Coërcenda est temeritas Litigantium, etiam
in ipso ingressu litis, id est, citatione:
qua de re pœnæ, sive remedia quædam
constituta sunt.

*Quotuplex est pœna temerè litigan-
tium, ejusque causa?*

TRIPLEX: *Juramentum calumniæ, Pœna pecuniaria, & Infamia.*

Ratio hujus constitutionis est favor tranquillitatis, & odium rixarum, quo lites inanes & expensarum modus coërceantur. Est enim Reipublicæ profuturum, ne rebus suis homines abutantur, neve rixis & litium processibus nullius momenti occupati, & magis necessariis avocentur.

Quid est Jusjurandum calumniæ?

¶. i. b.t. Quod statim in initio litis subire tenetur, tam Actor quam Reus. Primum jurat *actor*, se non calumniandi animo litem movere, sed quia existimet bono jure causam suam niti. Deinde Reus, se ideo ad contradicendum venire, quia putet se bonâ instantiâ uti. Unde apparet, hoc jusjurandum magis esse opinionis, quam assertionis. Olim jurabant

de calumnia etiam utriusque partis Advocati l.2.c.de
in singulis causis. Hodie non *jurejur.*
jurant ; sufficiente juramento , quod præstant, ^{propter} _{cal.}
dum in ordinem recipiuntur Advocatorum.

Quid insuper hodie litigatores jurant ?

Hoc in primis , quod nullam in tota lite ^{Auth.} superfluam exigent probationem , nullam *hoc sa-*
petent dilationem , litis protrahendæ causâ , cramen-
nisi quam pro veritate putaverint esse neces-
sarium. Item quod nihil penitus causâ pa- ^{Auth.in}
trocinii Judicibus , vel alicui personæ , pro ifto.
causa dederint , vel promiserint , vel postea princip.
dabunt , promittentve per se , vel per inter- C.d.tit.
positam personam ; exceptis his , quæ pa-
trocinii causâ Advocatis , aliisque personis
dare leges permittunt.

*In quibus causis hoc juramentum
interponitur ?*

In omnibus indiscriminatim civilibus , l.1.52.
criminalibus , mixtis ; five de eis plenariè C.d.t.c.
servato judicii ordine , five summarie & de 1. §.ult.
plano cognoscatur ; five profanæ sint , five ^{d. jurâ.}
spirituales : licet quondam in spiritualibus ^{cal.in 6}
non nisi de veritate dicenda jurandum fuerit. ^{c.2. d.t.} in 6.
Quin imò licet semel in principali causa de
calumnia juratum fuerit , id repeti poterit in
causa appellationis ; quia fortè non caret
calumniâ .

Quid , si Actor , vel Reus jurare recuset ?

Actor quidem , si absque justa causa subire d.l.2. §.
hoc juramentum recuset , ab instituta actione 6. § 7.
cadit ; quia improbus præsumitur litigator.
Reus verò recusans , non videtur niti justâ
contradicendi causâ , atque ita pro confessio
habetur : non quidem ipso jure , sed demum
Judicis sententiâ accedente.

§. hoc autem. Olim in decimam partem litis multabatur **l. 79. ff.** actor. Hodie victus vitori in expensas litis **de judiciis.** condemnatur. Æquum enim est, ut recuperent expensas, qui per temeritatem adversarii coacti fuerint litem suscipere, utque improbus litigator, præter expensas, etiam **damnum inde datum inferre adversario suo cogatur.** Præeunte tamen moderatione **Judicis,** qui omnino tenetur victum vitori in expensas condemnare; alias ex compensatæ censebuntur: uti etiam censentur, cum utraque pars in re dubia justam litigandi causam habuit.

Quid, si inficietur quis debitum?

§. 1. in fin. h. t. Adversus inficiantes ex quibusdam causis lis crescit in duplum. Talis est actio L. Aquiliæ de damno injuriâ dato; actio legati ad pias causas; actio depositi ex causa incendii, ruinæ, naufragii, tumultûs. In quibus si reus neget se debere, & rem in judicium deduci patiatur, condemnatio sit in duplum, cum fatendo posset simpli solutione defungi.

Quando temerè litigantes notantur infamia?

§. ex quibusdam. Damnati judicio furti, bonorum raptorum, injuriarum, dolî mali; quia in hisce judiciis de dolo quæritur, dolî autem actio & condemnatio famosa est: non item conditio furtiva, cum urgeat tantum rei **1. 5. §.** restitutionem. Similiter damnati directis, **10. c. ex quibuscaus.** non contrariis, actionibus tutelæ, mandati, depositi: quia in directis de fide rupta agitur, **inf. 1. 6.** in contrariis non agitur de perfidia, sed de **§. 6. ff.** calculo & interesse actoris, quod ei ratione **cod.** illius contractus competiturum est.

*Quid, si quis ex his delictis non damna-
tus, sed pactus fuerit?*

Si quidem pretio post litem contestatam *l. 18. c.*
fuerit pactus, fit infamis; non etiam, si *d.t. § d.*
precibus impetraverit, ut ab actione desi- *l. 6. §. fin.*
statur: quoniam crimen fateri videtur, qui *ff. de his*
dato pretio paciscitur, non etiam qui precibus *qui not.*
impetravit, ne secum agatur, aut jussu Ju- *infr.*
dicis pactus est, cui parere necesse habet.

Quis præterea dicitur temerarius litigator?

Qui, non petitâ veniâ Judicis, parentem, *§. fin. b.*
patronum, vel alios, quibus par honor & *t.l. 4. §*
reverentia debetur, in jus vocat; in quem *pallim ff.*
dixi supra, poenam quinquaginta aureorum *de injus.*
constitutam esse. *voc.*

Quid est in Jus vocatio, seu Citatio?

& quotplex?

Est, Juris experiundi gratiâ, adversario *arg. l. r.*
absenti diem dicere, quo in judicio com- *ff. de in-*
pareat. Et est aut simplex, aut peremptoria. *jus voc.*
Simplex ea dicitur, quæ citatum non antea
contumacem constituit quâm tertio facta sit.
Peremptoria verò, quæ simplices citationes
ita permit, ut eum, qui in jus vocatus est,
si die præfinitâ non venerit, faciat con-
tumacem.

Quomodo coërcetur contumacia in jus vocati?

Ut mittatur actor in possessionem bo- *l. 148. ff.*
norum ejus, non fruendi, sed custodiendi *de R. J.*
causâ, dum affectus tædio reus in jus veniat:
cujus rei effectus, omnibus creditoribus
prodest. Recuperat autem reus veniens, &
contumaciam suam purgans, rerum suarum
liberam possessionem: At si in contumacia *l. 9. 14.*
perseveret, & fraudationis causâ latitet, *§ 30. ff.*
post annum ex secundo decreto commoda *de rebus*

auditor. veræ possessionis in petitorem transferuntur,
jud. pos. relictâ reo proprietatis quæstione. Atque ita
l.2. § c. jus est in actionibus in rem : In aliis permit-
quib. ex titur à Magistratu distractio , venditioque
caus. in bonorum , nisi ante eam existat , qui de-
poss. eat. fendere vel solvere paratus sit.

Quæ est alia pœna contumaciæ?

l.53. ff. Ut absens damno litis coérceatur, sententia
de re in eum feratur. An & in eum qui præsens se
jud. non defendit , aut interrogatus num velit

l.52. ff. fuscipere judicium , non respondet ? Planè ,
de R. J. nam jus dicturum contemnit , non tantum
qui latitat , sed & is , qui non vult fuscipere
actionem , & ea facere quæ ad judicium
pertinent.

*Quid , si actor ipse ad judicium non ve-
 nerit ? aut impedit vocatum ?*

l.73. ff. Si quidem die constitutâ non venerit ,
de ju- poena hujus , ut possit reus impetrare , se ab
dic. *l.15* instantia & observatione judicii absolvi.

C. eod. Quod si verd actori ipse adventum ejus ,
l.155. ff. qui in jus vocatus est , impediuit , factum
de R. J. *l.1. § 3.* hoc non adversario nocere debet ; daturque ei
ff. de eo, exceptio , si de poena promissa conveniatur ,
per è quòd ad judicium non venerit.

quem *fact.* *orit.* *Quot modis fit citatio ? & è domo an
 abduci quis potuerit ?*

l.18. ibi Tribus potissimum fit , vel vivâ denuntiatio-
Baro. ff. ne , vel edicto publicè proposito , vel re ,
de in cùm quis vi in judicium deducitur ex causa
jus. voc. criminis : Nam non criminatum domi suæ

l.103. ff. apprehendere & abducere non licuisse reor ,
de R. J. sed bona ejus annotari debuisse. Quoniam
l.4. § 5. veteres neminem permiserunt de domo sua
ff. de damno extrahi : erat enim domus cuique pro asylo ,
infello. & tutissimo refugio. Ex aliena domo quis-

piam

piam abstrahi poterat , si modò dominus introitum admitteret.

Ubi facienda citatio ? & quæ ejus requisita ?

Omnibus in locis , quæ sunt in territorio l.203. ff.
Judicis , jubentis aliquem citari. Quòd si ci- de V. S.
tandus conveniri commodè nequeat , in ejus l.5. §.2.
domo facienda erit citatio; propria-ne sit, an ff. de
conducta , non interest , modò in ea familiam
habeat , non in domo vacua : Citatio familie
facta tenet , & quæ exaudiri à vicinis potest.
In scripto facta habere debet nomen citantis,
citati , & ejus , ad cuius instantiam fit cita-
tio ; exprimenda quoque causa , locus , &
tempus comparendi.

*Citatione factâ , quid deinceps in
judicio agitur ?*

Offertur in primis libellus reo ; qui si ac-
ceptis ad deliberandum induciis , an conten-
dere velit vel non , contendendum putaverit ,
affirmando , negandoque intentionem , ex-
ceptionibusque propositis litem contestatur :
exceptiones actor replicatione diluit , hanc
reus duplicando ; eique ita deinceps , donec
concludatur , sententia feratur , eaque exse-
cutioni mandetur , nisi fuerit appellatum.

Quæ igitur sententiae auctoritas ?

Magna ; & ejus major , quæ in rem judi- l.207. ff.
catam transivit , ideo ut pro veritate habeatur , de R. J.
per lapsum scilicet decem dierum , intra quos l.4.C.de-
appellatione non interpositâ , nec obtenu- re jud..
instrumenti postea reperti , nec rescripti l. 3. C.
Principis , nec sententiæ alterius contra ipsam
latæ , rescindi possit ; publici enim interest , sentent..
ut aliquis sit litium finis , & actor , vel reus , rescr.nor..
certus sit de jure suo . posse..

TIT. XVII.

De officio Judicis.

Postquam expositum est , quæ sint partes litigantium , Actoris & Rei , in judicio ; superest , ut de officio Judicis dispiciamus.

Quis dicitur Judex ?

I. 3. C. de jurisd. omn. jud. **Q**ui Jurisdictioni præfet , vel qui publicam habet de causis cognoscendi judicandive potestatem : Hanc non habet arbiter , quia privatorum consensu constituitur.

Quæ in Judice requiruntur ?

Novell. 17. Au- **H**æc tria. I. Ut potestatem judicandi habeat.

ibent. ad hæc & II. Ut eam habeat in causa , de qua lis movetur.

I. 9. C. de jud. III. Ne suspectus sit illi , qui convenitur.

Quodnam Judicis est officium ?

§. I. h.t. **L**itigatores audire , eorum causas sedulè examinare , allegationes , probationesque discutere , cavere ne jus partis lædendo litem suam faciat.

I. 18. ff. com. di- In primis verò illud observare Judex debet , ne aliter judicet , quam Legibus , Constitutionibus , aut Moribus , proditum est , cùm sit legum minister , non moderator ; & ut sententiam ferat conformem libello , absolvendo reum , aut condemnando in id , quod

I. 170. ff. de R. J. deductum in judicium fuerit , non in aliud.

Ecc. 26. Unde cùm fuerit officium Judicis angustius ead. in 6 in strictis judiciis , egredi Judex datus stri-

ctam eorum judiciorum formam nequit; &
si egrediatur , nullius est momenti juxta
Regulam: Factum à judice , quod ad officium
eius non pertinet , ratum non est.

*Licet-ne Judici prætextu æQUITATIS
recedere à legibus?*

Non licet ; quia Judex legum minister est , l. I. C. de
non moderator : idèque ab earum præscripto legib.
recedere non potest , prætextu æQUITATIS , l. 8. C. de
hoc enim esset non interpretatione laxare judiciis.
leges , sed frangere correctione. Quomodo l. 12. ff.
lex dura & aspera custodienda est , quia ita qui & à
scripta est , & clara legislatoris voluntas. At manu-
tamen non prohibetur Judex , æQUITATE miss.
quâdam obscuræ legis verba inflectere , ut l. 90. ff.
veram legislatoris sententiam assequatur. Et de R. J.
ita in quæSTIONE JURIS.

Quid , si quæSTIO INCIDAT FACTI ?

Est quidem facti quæSTIO in potestate Judi- l. 15. ff.
cis , non etiam certi juris auctoritas. Ideò ad mu-
convenit , ut sequatur ea , quæ allegata & nicip.
probata sunt in judicio , non etiam privatam l. 6. §. 1.
suam scientiam , licet certissimam , quia præf.
tutior hæc est ratio finiendarum litium. Et Covar. I
sanè , cùm Judex non ut privata persona , var. res.
sed ut publica , scire debeat veritatem , eam c. I. Cu-
non aliunde , quæ ex actis & probatis in jac. 12.
judicio cognoscere oportet , alioqui si iis
contemptis , aut deficientibus , liceat Judici
secundùm ea , quæ scit , judicare , simul
testis & Judicis fungetur partibus , quæ pariter
in una eadéque persona cōvenire non possunt.

*Ostende nunc exemplis , quem admodum Judex
secundùm leges debeat judicare: & primò ,
Quomodo in actione noxali.*

In hac Judex procedet hoc ordine , ut euin , text. hic.

in prin. cuius servus damnum dedit, condemnet in
l. 6. §. 1. damni aestimationem, vel noxae dditionem.
ff. de re Nam præpostera esset condemnatio, si prius
jud. juberet noxae dedere, deinde in decem con-
demnaret: quia noxae deditio introducta est
à lege evitandæ condemnationis causâ.

Quomodo in Actione reali?

§. 5. si In hac, si petitor nihil probaverit, reum
in rem seu possessorem, etiam si nihil ipse præstiterit,
l. 4. C. de absolvet: sin autem petitor probaverit rem-
edendo. suam esse, Judex possessorem condemnabit
l. 173. ad restitutionem, unâ cum fructibus. Nam
§. 1. ff. &c cùm verbum Restituas lege invenitur, et si
de R. J. non specialiter de fructibus additum est, tamen
etiam fructus sunt restituendi, deductis im-
pensis. Si tamen neget, in præsenti se restituere
posse, & fine frustratione petat restituendi
causâ tempus aliquod, id ei indulgendum
est, dummodo plenè caveat cum fidejussore
de litis aestimatione solvenda, si intra tempus,
l. 68. ff. quod ei datum est, non restituerit. Quod si
de rei vind. frustratoriè videatur tempus petere, statim
manu militari res ab eo auferenda est.

Quid, si personali actione actum fuerit?

l. 2. 3. C. Lex condemnato, humanitatis gratiâ,
de usur. spatium indulget quadrimestre, intra quod
rei jud. pecuniam ad solutionem conquerat. Potest
tamen tempus illud à Judice ex causa arctari,
l. 1. §. 3. vel prorogari. Unde si res existet penes ipsum
ff. de re condemnatum, cuius præstandæ facultatem
jud. mox habeat, nulla ratio est, cur non ad id
faciendum confessim cogatur, cùm malitiæ
ejus indulgendum non sit,

*Quomodo Judex procedet in petitione
hereditatis?*

§. 5. si Eodem modo, quo in singularum rerum

petitione. Nam in utraque actione Judex condemnabit possessorem : si quidem malæ fidei fuerit , in omnes fructus , quos percepit , & percipere potuit : si bonæ fidei , in fructus post inchoatam petitionem , sive litem contestatam , perceptos , vel qui culpâ possessoris percepti non sunt: quia motâ controversiâ incipit esse malæ fidei possessor , & quasi prædo , qui sciens possidet rem ad se non pertinentem. Quo modo melior conditio fieri dicitur ejus , qui litem est contestatus. R. J.

Cùm igitur de fructibus æstimandis quæ ritur ? Generaliter, inquit Papinianus, constat animadverti debere , non an malæ fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit si ei possidere licuisset. Nam (ut idem auctor testatur) cùm de fraude disputatur , non quid habeat actör , sed quid per adversarium habere non potuerit considerandum est.

Est-ne differentia in utraque actione ?

Est aliqua, quod in rei vindicatione fructus veniant restituendi officio Judicis, qui proinde , ut eorum rationem habeat , nominatim sunt petendi: In petitione hereditatis veniant jure actionis , quoniam fructibus augetur hereditas , censeturque cum ea perire , et si eorum nulla sit facta mentio in libello.

Quomodo in Actione ad exhibendum ?

Ut in rei vindicatione , cuius hæc est præparatoria ; nempe jubebit , ut reus rem exhibeat cum omni causa , quam habuisset actör , si , cùm primùm ad exhibendum agebatur , exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras exhibendi usucapta aut perdita fuerit res , nihilominus ream condemnabit in ejus rei æstimationem , habitâ & fructuum medii temporis , quod est inter litem contestatam & rem judicatam , ratione.

heredi-
tas.
l. 25. §.
7. ff. de
pet. her..

1.86. §.
87. ff. de
R. J.

1.62. in
fin. ff.
de rei
vind.

1.78. ff.
de R. J.

l. 20. §.
3. ff. de
pet. her..
§ l. 1..
C. eod.

l. 33. §.
35. ff.
de rei
vind.

l. 22. C.

cod.
§. si ad
exhiben-
dum.

l. 9. §. 5..
ff. ad
exhib..

Quid, si Familiae erciscundæ judicio agatur?

§. si familiæ. Tunc Judex singulas res singulis heredibus adjudicare debet; & si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio, id est, si contingat, rem unius pretiosiorem esse, hunc alteri, cuius res est minoris, in certam pecuniæ summam condemnabit, ut sic fiat adæquatio. Condemnabit quoque alterum alteri, si coheres solus fructus fundi hereditarii perceperit, aut rem hereditariam corruperit consumpsiterit.

Quid, si agatur communi dividendo?

¶. eadem Hic procedet Judex, prout, in superiori actione, si utique de pluribus actum fuerit rebus: si verò de una aliqua re eaque dividua, tunc partes ejus rei singuli adjudicare debet, & si pars unius prægravare videatur, id est, si uni meliorem partem adjudicaverit, eum vicissim alteri in certam pecuniæ sum-
t. 3. c. vid. mam condemnabit. Sed si agatur de re indi-
com. di- vidua, quæ commodè dividi non possit, tunc totam rem uni adjudicabit, condem-
nando eundem in certam pecuniam alteri dandam pro rata.

Quid, si finium regundorum judicio actum fuerit?

¶. si fin. reg. Hic dispicere debet Judex, an necessaria sit adjudicatio: quæ sanè uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quām olim fuerint distincti.
t. 2. 3. ff. fin. reg. Nam tunc ex unius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicabit; eum vicissim condemnando in certam pecuniam,
d. §. l. i. 2. de term. met. alteri, pro valore partis ademptæ, præstan-
dam. Eum quoque, qui dolo lapides finales moverit, vel arbores exciderit, condemnare

debet , quanti in litem actor juraverit , uti
& illum contumaciæ nomine , qui se jubente
metiri agros non fuerit passus . Verū eo ^{l. 199.}
casu etiam extraordinario judicio de termino ^{l.}
moto agitur . ^{157. ff.}
^{de R.J.}

*Non enim potest dolo carere , qui imperio
magistratus non paruit. Ideò ordinario &
extraordinario judicio punitur. Contra verò
qui Judici paruit , aut jussu ejus aliquid fecit ,
non videtur dolo facere. Quia necesse fuit
parere , quæ necessitas fraudis & doli suspicio-
nem excludit.*

Quis est hujus adjudicationis effectus ?

Quòd statim res fiat ejus cui adjudicata ^{text.hic.}
est . Nam adjudicatio est quædam species *in fin.*
domini acquirendi , & justa causa usucapien- ^{l. 17. ff.}
di. Idque in tribus posterioribus judiciis de usu-
obtinet ; non item in prioribus , in quibus ^{cap.}
declaratoria fertur sententia , non adjudicato-
ria : quod enim meum est , amplius adjudicari
darive nequit.

TIT. XVIII.

De Publicis Judiciis.

Expositis civilibus , & privatis Judiciis , di-
cendum est de publicis .

Quæ dicuntur Publica Judicia , & unde ?

QUÆ certâ aliquâ lege constituta sunt ; ^{q. 1. b. 2.}
dicta à populo , quasi publica : quod
cuivis de populo accusatio & persecutio in
iis judiciis plerumque permissa : aut potius ,
quia ad populum pertinet facinorum , pu-

504 INSTIT. IMPER.
blicam quietem gravissimè turbantum ,
cognitio & vindicatio.

*In quibus Publica Judicia convenient ,
ac differunt à Privatis ?*

text.hic. Conveniunt , quia in utrisque offertur
in prin. libellus , in utrisque litis fit contestatio , in
utrisque recipiuntur probationes , in utrisque
fertur sententia eaque exsecutioni mandatur.

I. C. d. Differunt in duobus , nempe in instituendo
accus. & exercendo judicio. Instituuntur Judicia
I. fin. ff. publica Accusationibus ; privata Actionibus.
de priv. Accusatio eò tendit , ut admissum crimen ,
del. publicæ utilitatis causâ , in exemplum vindictetur : Actio ad persecutionem juris privati
spectat. Exercentur publica judicia , obstringente se accusatore ad poenam talionis per
inscriptionem libelli , reo apprehenso & in
vincula conjecto , quod in judiciis privatis
est incognitum. Imò & in publicis cessat hodie
talionis poena.

Quotuplia sunt Publica Judicia ?

§. I. b.t. Publicorum judiciorum quædam Capitalia
I. 2. ff. sunt , quædam non Capitalia.

cod. I. 6. Capitalia sunt , quæ ultimo supplicio ,
in fin. morte scil. vel naturali , vel civili , ut depor-
I. 7. ff. de pœn. tatione aut pœnâ metalli , delinquentes
et I. 7. afficiunt. Non Capitalia , ex quibus pecuniaria

k. t. pœna est , aut in corpus aliqua coercitio vel
relegatio. Ex omni autem publico judicio ,
sive capitali , sive non capitali , damnatus
infamia notatur , quæ est famæ seu existi-
mationis privatio.

Quot sunt ejusmodi Judicia ?

Enumerantur hoc Tit. sexdecim : Crimen
læsæ majestatis , Adulterium , Stuprum ,
Homicidium , Veneficium , Parricidium ,
Falsum

Falsum, Vis publica, Vis privata, Raptus,
Peculatus, Plagium, Ambitus, Crimen
Repetundarum, Annonæ, & Residui.

DE CRIMINE LÆSÆ MAJESTATIS.

Quid dicitur crimen lœsæ Majestatis?

Quod olim adversus populum Romanum, <sup>§. publ-
ca autē.</sup> vel ejus securitatem; hodie adversus sum-
mum Principem Imperiique statum, propriè
committitur. Impropiè etiam adversus Le-
gatos Principis, ejusve Confiliarios, cùm
& hi pars corporis sint ipsius Principis.

*Quinam, & quibus modis, hoc crimen
committunt?*

Committunt omnes, qui prodiciones pa- ^{I. I. 3.}
tionesque ineunt cum hostibus adversus
Rempubl. seu Principem; & hi perduelles <sup>4. pen.
ff. d. t.</sup> dicuntur; uti & illi, qui exercitum injussu
Principis colligunt; qui seditionem in Rem-
publ. concitant, vel ejus eversionem me-
ditantur. Denique qui jura, Principi soli ^{I. 2. C. de}
reservata, sibi adscribunt, vectigalia nova ^{falsa.}
absque ejus auctoritate imponendo, adulte- ^{mon.}
rinam monetam cudendo, carceres privatos
habendo, aut publicos effringendo.

Quomodo tales plectuntur?

Olim alii gladio, alii cruce, quidam ^{I. 5. C. ad}
exilio mulctabantur. Hodie vero semper ^{L. Jul.}
quidem morte, sed pro gravitate criminis, ^{Majest.}
sæpe graviore afficiuntur. Quin & reorum
memoria post mortem damnatur, nempe
omnibus eorum bonis fisco vindicatis, nul-
loque herede relicto, qui mortuorum per-
sonam repræsentet.

l. 97. ff. de R. J. Cæterum non prius bona fiscus vindicat, quām exsolutum fuerit æs alienum, & creditoribus satisfactum, eoque pertinet regula: Ea sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum pervenient.

Sentiunt-ne ergo & pœnam aliquam liberi?

1. I. 5. §. 1. & 3. Omnino: nam masculi, quia in his paterni, hoc est, hereditarii crimini exempla metuntur, à materna avitate successione habentur alieni; ex testamentis extraneorum capere vetantur; sunt perpetuè egentes & pauperes: infamia eos paterna semper comitatur, sive ante, sive post reatum fuerint producti. Feminis Falcidia in bonis maternis est concessa, & mitius puniuntur, quod fragilitas sexus eas minus audere faciat.

*Cic. e-
pist. 19.
ad Brut.* Est quidem acerbum, parentum scelera filiorum pœnis lui; sed tamen hoc antiquū est, & omnium civitatum legibus comparatum, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet. Frequens illud est in jure, ut prima causa & principalis ratio consideretur, non item id quod per consequentiam contingit.

Quæ sunt in hoc Majestatis criminis singularia?

*d. l. 5.
§. pen.* I. Quod quisque ejus criminis conscius tenetur illud deferre, ad eoque & patrem filius supplicio offerre, quoniam salus patriæ parentis saluti anteponenda est.

II. Quod in eodem criminis puniatur & conatus, quamvis effectum non habuerit, modò voluntas aliquatenus exierit in actum.

III. Quod servi in caput domini torqueantur: uti & omnes postulati, & ad testimonium provocati, si res exigat, nullâ dignitatis, generis, militiæ habitâ ratione; imò & ipsi accusatores.

I V. Quod quilibet, etiam alias non idoneus, ad accusandum admittatur. 1.3.54.
C. d. t.

V. Quod patrato hoc crimine statim afferatur bonorum administratio; alienationes non teneant, debitoresque reo hujus criminis non recte solvant. 1.7.58.
ff. eod.

V I. Quod crimen hoc non extinguatur morte, sed & post eam judicium institui peragique possit, ut nisi a successoribus purgetur, hereditas defuncti fisco vindicetur, memoriaque ejus damnetur. 1.11.5.
4. 5 1.
fin. c.
eod.

V II. Quod damnati eo nomine non soleant lugeri. 5. ff. de
bis qui
not. in-
fam.

*Quâ pœnâ afficiuntur, qui divinam
lædunt Majestatem?*

Tales, utpote blasphemi, & sacrilegi, capitalem luunt poenam; quæ tamen consuetudine mitigatur. Hæretici autem Jure civili privilegiis omnibus exuti, & à Reipubl. administratione omnique dignitate remoti, exilio puniuntur; quandoque & ultimo suppicio. Quoniam gravius est divinam, quam humanam, offendere majestatem. Jure Canonico excommunicantur, ut & eorum fautores ac defensores. Filii usque ad secundam generationem fiunt beneficiorum incapaces. Novell. 77.
Auth.
Gaza-
ros, 5
aliis ll.
C.de hæ-
ret.
c. 9. 5
13. de
hæret.
c.2.end.
in 6.

DE ADULTERIO.

Quid est Adulterium, & unde dictum?

Adulterium est alieni tori, seu matrimoniī violatio; quæ committitur non tam affectu, quam re ipsâ. Dictum adulterium, vel propter partum ex altero conceptum, vel quia alter ad alterum se conferat. 1. 6. f.
ad L.
Jul. de
Adult.

A quibus committitur?

d. l. 6. Jure Civili propriè committitur ab uxore,
§. 1. l. sive ea conjugato sive soluto se commisceat:
13. §. 5. à marito non aliter quàm si se nuptæ. Ratio
ad. tit. posita est in sanguinis perturbatione, pro-
l. 1. ff. de extraor. crim. lisque incertitudine: ideoque majorem in
 uxore castitatem leges desiderant, & rectè: quoties enim uxor integrè pudicitiam non
 fervat, verus pater cognosci non potest. Unde
 etiam sollicitatores alienarum nuptiarum,
 quamvis adulterium perpetrare non potue-
 rint, propter voluntatem perniciosæ libidinis
 extra ordinem coërcentur.

In quas personas adulterium committitur?

1. 30. ff. Committitur in nuptam, etiam ne cum
de R. J. consummato matrimonio: quia consumma-
 tio matrimonium non facit, sed consensus
l. 13. §. & affectio conjugalis. In sponsam alienam
3. ff. de adult. non committitur: sic enim non violatur
 torus, sed spes tori. Quia tamen leges ne que-
l. 15. §. matrimonium qualecumque, nec spem ma-
24. ff. de injur. trimonii violare permittunt; ideo sponsus,
 qui postea maritus esse cœpit, injuriam
 sibi sponsæque hoc modo illatam, jure
Sar- vindicat. Porro jus Canonicum, quia eamdem
mient. l. in utroque, & marito & uxore, castitatem
1. select. desiderat, ideo damnat adulterii virum se
c. 5. mulieri etiam liberæ miscentem.

Quæ est poena hujus criminis?

§. item In paganis olim fuit relegatio, in militi-
lex l. 5. bus deportatio; hæc poena successit in locum
ff. de aquæ & ignis interdictionis. Postea poena
quaest. gladii seu mortis introducta fuit, quam &
l. 2. §. 1. novissimâ suâ Constitutione Justinianus in
ff. de pénis. masculis quidem approbavit; mulieres vero
Novell. verberibus cæsas in monasterium detrudi

præcepit, concessâ potestate maritis eas intra biennium recipiendi. Dos interim, nisi profectitia sit, innocentia afferitur, servata liberis exstantibus proprietate, paraphernalia bona uxori salva manent.

134. c.
10. §
Novell.
117. c.
8.

*Permissum-ne patri & marito vindicare
hoc crimen?*

Leges patri permiserunt filiam in adulterio deprehensam occidere, simul cum adultero: non item marito, quia plerumque paterni nominis pietas consilium pro liberis capit; verum mariti calor & impetus facile sacerdatis refrenandus fuit. Quādoque tamen marito permissum est adulterum uxorius interimere, non quemvis, sed infamem, & in turpitudine deprehensum domi sux tantum, non soceri.

1.20. §
seqq. ff.
ad Leg.
Jul. ne
adult. l.
4.C.eod.

Quid, si vir uxorem in adulterio deprehensam occiderit?

Facinus hujusmodi impunitum non est, quamvis ultimum ei supplicium remittatur ob justum dolorem, quem difficultissimum est temperare. Insuper & lucrum amittit dotis, cùm æquum non sit, ut ob facinus suum quis lucrum speret, & conditionem suam meliorem faciat ex delicto, quod poenam meretur.

l. 38. §.
8. ff. d.t.
§ 1. 10.
§. 1. ff.
sol.
matr.
l. 134.
§. 1. ff. de
R. J.

Accusatio hujus criminis quibus permissa?

Primum marito, & quidem ex sola suspitione: idque vel jure mariti, intra sexaginta dies utiles, computandos à soluto matrimonio; vel his transactis, jure extranei. Idem tempus concessum est patri jure patris, quod tamen ei non currit, agente marito: quo lapsu extraneis ex L. Julia permissum est agere. Sed postea placuit restringere ac-

c. 2. de
adult. l.
3. § 6.
C. ad L.
Jul. de
adult.
l. 4. ff. d.
t. l. 30.
C. eod.

510. INSTIT. IMPER.
cusement hujus criminis ad quinque proximas maximèque necessarias personas, quas præsertim dolor ex hoc admisso movere debet.

Quando cessat hujusmodi Accusatio?

l.20. f. 5. 6. f. d. t. I. Si non proponatur intra sex menses à soluto matrimonio; aut , eo durante , intra quinquennium.

II. Si maritus accusationem remiserit , tacitè , vel expressè .

III. Si ei lenocinium objici possit.

IV. Si uxor sit extra culpam , ut quia vi compressa , aut justâ ignorantia ducta alium pro marito exceperit; aut si probabiliter eum mortuum rata , nupserit alteri .

DE STUPRI CRIMINE.

Quid est Stuprum , ejusque pœna ?

Vers. pœnam autem. Stuprum est illegitimus coitus cum virgine , vel vidua , honestè vivente , commissus . Qui à legibus vindicatur , in honestioribus publicatione dimidiæ partis bonorum ; in vilioribus coercitione corporis , &c relegatione .

c. I. f. 2. de adult. Jure Canonico corruptor , quam corrupit , ducere , aut ei dotem , quā alii nubat , præstare compellitur .

I. 22. f. l. 29. ff. ad L. Jul. de adult. Quod si se quis illi commisceat , quæ prostitutæ sit pudicitiae , id , nisi aliud adjunctum sit , Jure Civili non vindicatur .

In eos autem , qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent , pœnam capitis sanxit Constantinus , jubens insurgere leges , & armari jura gladio ultiore , ut exquisitis pœnis subdantur infames , qui tantum scelus committere audent , quod non proficit scire;

ubi Venus mutatur in alteram formam, ubi
amor quæritur, nec videtur. Consuetudo l. 31. c.
rales flammis tollit, fundata fortè in Con-
stitutione Theodosiana. *cod.*

DE HOMICIDIO.

Quid est Homicidium?

Homicidium est violenta vitæ hominis ad-
demptio. Hominem intelligo, cuiuscumque l. 1. §. 2.
ætatis, sexus, conditionis. Nam & qui in- ff. ad l.
fāntem interemit, aut foētum jam animatum Corn. de
abegit, homicidii reus est. sic. l. 38.
§. 5. ff. de pœn.

Quotuplex est?

Triplex: *Voluntarium*, *Necessarium*, & l. 3. §. 5.
Casuale. *Voluntarium* est, quod dolo malo c. ad l.
& animo deliberato admittitur. *Necessarium*, Corn. de
quod fit servato moderamine inculpatæ tu- sic.
telæ, id est, cum sui defensione, æquabili,
& remota ab omni culpa. *Casuale*, quod
non datâ operâ, sed casu non proviso com-
mittitur.

*Qui tenentur de homicidio, & quatenus
conatus punitur?*

In primis quicumque dolo malo, aut l. 1. §. 1.
per insidias hominem occiderit, quive ho- 14. ff. d.
minis necandi causâ cum telo ambulaverit, t.
quamvis voluntas non habuerit exitum;
quia non exitus, sed voluntas in maleficiis
spectatur. Voluntatem intellige non nudam;
sed quæ jām decreta, & ad actum aliquem
perducta est.

Sic intelligendum, quod supra dixi, puniri
eum qui majestatem lædit, & adversus pa-
triam consilia init. Quia eādem severitate
voluntatem sceleris, quā effectum, puniri
jura voluerunt. Nec interest hīc, quomodo

quis occiderit , gladio , telo , aliove instrumento ; & an vulnerando , an ope , consilio , mandato , vel facto , vel falso testimonio , mortis causam præbuerit .

DE VENEFICO.

Quid , si veneno quis occiderit ?

l. l. 1. 5. 1. 5. 6. 7. 5 f. C. de malef. 5 ma- them. *Æquè homicidii reus erit , graviusque punitur , cùm plus sit , veneno hominé extingueret , quād gladio occidere : tantò enim sunt graviora scelera , quantò difficiūs caveri possunt. Quā ratione , quisquis venenum dat , scelere se obligat , etiam si non nocuit.*

Planè & is , qui incantationibus , vel arte magicā , in eam causam utitur , ultimo suppicio punitur. Sic etiam , qui de salute Principis , vel summa Reipub. mathematicos , ariolos , vaticinatores consulit , cum eo , qui responderit , capite plectitur.

Quae est pœna homicidii ?

text. bic. 1. 3. 9. 5. ff. ad L. Corn. de sciar. 5 l. 3. c. eod. l. i. C. unde vi. *Olim fuit deportatio , cum bonorum publicatione ; hodie ut plurimum est gladius , si dolo malo homicidium factum sit. Quod si non dolo , sed lasciviā , aut culpā , etiam latā , id acciderit , mitior pœna imponitur ; nulla verò ei , qui injustè impetentem sese tuendo illicet peremerit , cùm non occidendi causā , sed defendendi , necesse videatur , ac vim vi repellere omnes leges omniaque jura permittant.*

Qui ab hac pœna sunt immunes ?

l. I. 5. 5. C. ad L. Corn. de sciar. *Immunes sunt , qui fortuito casu cædem perpetrarint ; item furiosi & impuberis : hos enim innocentia consilii tuetur , illos fati infelicitas excusat. Quòd si fortè sint prove-*

etiores & capaces doli mali, penes Judicis *l.12. ff.*
arbitrium erit, statuere & moderari poenam. *cod.*
Ebrius, sensu omnino labefactato, levius
puniendus: nisi quis Imper. Caroli V. Con-
stitutionem sequi malit: prout enim quis
levius delinquit, ita & levius punitur, ob
vehementem iræ & amoris æstum, aut
justum dolorem, quem temperare in tanta
perturbatione est difficile.

Perspiciendum proinde est judicanti, ne *l.11. ff.*
quid aut durius, aut remissius constituatur, *de pœn.*
quam causa, ætas, conditio depositit. Nec
enim severitatis, aut clementiae gloria af-
fectanda est; sed perpenso judicio, prout
quæque res postulat statuendum.

D.E PARRICIDIO.

Quid est Parricidium?

Est aspernum crimen, quod commit-
titur ab eo, qui parentis, vel filii, aut
omnino adfinitatis ejus, quæ nuncupatione
parentum continetur, fata præparaverit.
Dictum quasi Patriscidium; quod crimem
lex Pompeia de parricidiis persequitur.

Quid lege illâ cavetur?

Ut non is tantum parricidii teneatur, qui
patrem, matrem, avum, aviam, fratrem,
sororem, patrualem, patruum, avunculum,
amitam, aliumve quempiam cognatorum
occiderit; sed & mater, quæ filium filiamve.
Pater vero eâ lege non tenebatur, quippe
habens jus vitæ & necis in filium; sed quia
jus istud dudum sublatum, cum patria
potestas in pietate, non in atrocitate, consi-
stere debeat, parricidii poenâ æquè pater
ut mater, afficitur.

Quæ est pœna in Parricidas statuta?

I. 9. ff. In eos quidem, qui parentes vel filios *ad L.* occiderint, more majorum instituta fuit hæc *Pompei.* pœna, ut parricida neque gladio, neque *de parr.* ignibus, neque ulli alii solemini poenæ subjiciatur, sed virgis sanguineis cæsus, insutusque culeo sive corio bovino, cum cane, gallo gallinaceo, viperæ, & simia, in vicinum mare, vel amnem projiciatur; ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, qui vitæ datori vitam eripuerit, & coelum superstiti, mortuo terra, auferatur.

d. l. 9. §. Alii, qui vel fratrem, vel alium remotiori *I. §. 2.* necessitudine conjunctum, necaverint, capitibus poenâ plectuntur, aut ultimo suppicio mactantur. Sanè si per furorem aliquis parentem occiderit, satis ipso furore punitur, diligentiusque custodiendus erit.

Quid, si criminis consciæ extiterint?

I. 6. ff. Licet tales sint extranei, tamen parricidii *d. t.* poenâ afficiuntur, maximè si in ipso actu opem præstiterint. Quod si solùm sint sceleris gnaii, non autem ejus complices & auxiliatores, mitiùs, puta relegatione, coërcentur.

DE CRIMINE FALSI.

Quid est Falsum, & quotplex?

§. item lex. Est actus dolosus, animo corrumpendæ veritatis ad decipiendum alterum adhibitus. Committiturque falsum variis modis.

I. 21. ff. I. *Consensu*; quando quis alium circumad L. venit aut fallit, rem alienam distrahendo, Corn. de fals. vel duobus unam & eamdem rem diversis contractibus vendendo.

I. 1. §. 2. II. *Verbis*; si Judex, pecuniâ corruptus, & *I. 31.* legibus contrariam sententiam tulerit: aut *f. d. t.*

testis, dolo malo, in judicio falsum de-
posuerit.

III. *Scriptis*; Si notarius testamentum l. 2. ff.
vel aliud instrumentum falsum composuerit, § 1. 8.
dictaverit, scripserit, subjecerit. C. de
fals.

IV. *Abusu*; quando quis, sciens & dolo l. 8. §
malo, falsis fabricatisque ab alio instrumen- 19. ff. ad
tis utitur. t.

V. *Facto*; quicumque nummos raserit,
tinixerit, finxerit, percusserit,

Quæ est pœna Falsi?

In liberos quidem homines est deportatio; Text. hic
in servos ultimum supplicium. Quandoque l. 2. § 3.
& in liberis poena capitalis est, quando id C. de his
magnitudo exigit delicti. Est & sua testamen- qui sibi
tariis poena, præter inhabilitatem consequen- adscrib.
di id, quod quis vel sibi aut suis adscriperit. Vide
Excusabit tamen adscribentem, si is filius que ibi
sit aut servus, justa recognitio & approbatio dixi.
testatoris. Testamentum nuncupativum non Clarus
comprehenditur S. C. Liboniano. Si illud tamē in §. fal-
in scripturam redigatur (ut solet) per No- sum. n.
tarium, isque sibi quid adscribat, non erit 27.
immunis à poena.

DE FALSA MONETA.

*Quæ pœna est ejus, qui falsam mone-
tam cudit?*

Tenetur hoc crimine, qui adulterinam d. l. 8. 9.
monetam cudit, vel probam abradit, minuit, § 19. ff.
tingit. Poenâ olim ordinariâ L. Cornelii de fals.
plectebatur. Hodie ex Constitutione Con- § 1. 1.
stantini flammamarum exustionibus mancipa- § 2. C.
tur, facultatibus ejus universis addictis fisco, de falsa
una cum domo, in qua excusa fuerit moneta, mon.
etiam si dominus ignoraverit ibi falsam mo-

INSTIT. IMPER.
netam cudi. Nec id mirum , cùm hoc ma-
leficium ad læsionem quodammodo spectet
Majestatis.

DE VI PUBLICA, ET PRIVATA.

Quæ dicitur vis Publica , & Privata ?

l.7. ff. de vi publ. Vis Publica appellabatur olim , quam contra jus & fas personæ publicæ inferebant: Privata , quam privati homines faciebant. Verùm postea vis publica cœpit dici , quæ cum armis.; Privata , quæ sine armis committitur. Ne igitur quid vi fiat , non tantum interdicto adversus spoliationes prospectum *l.152. ff. de R.J.* est , sed & lege Juliâ de vi. Quod docet juris regula , quâ utimur ; ut quidquid omnino per vim fiat , aut in vis publicæ , aut in privatæ crimen incidat.

Quæ est pœna utriusque ?

§. item L. Julia k. i. ff. ad L. Jul. de vi priv. Auth. bona. C. de bonis proscr. Pœna Vis Publicæ , olim erat aquæ & ignis interdictio : ex Lege Julia de vi publica , in liberos quidem homines cœpit esse deportatio , in servos ultimum supplicium : quod & hodie in usu est ; nam seditiosi , pacisque publicæ violatores , aut vivi exuruntur , aut suspenduntur.

Pœna Vis Privata , est publicatio tertiae partis honorū cum infamia. Hodie cùm bona non publicentur , arbitraria ut pluriū est pœna.

DE RAPTU VIRGINUM.

Quid est Raptus ?

§. fin autem. b. t. Raptus committitur , cùm virgo , vidua , aut Sanctimonialis , improbè , & per vim

abducitur, ut corrum patetur, aut corrupta uxoris loco habeatur. Quod non solum ad injuriam hominum, sed etiam ipsius omnipotentis Dei irreverentiam committitur, maximè cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit.

Quæ est pœna hujus criminis?

In raptorem, in complices, & adjutores *l. un. c.* animadversio est capitis, seu gladii; five *de rapt.* nolentibus, five volentibus feminis, hoc *virg.* facinus fuerit perpetratum, vel attentatum: ut omnis peccandi occasio, atrocitate poenæ capitalis adimatur. Etenim si hujus poenæ metu, raptores ab hujusmodi facinore se tēperaverint, nulli mulieri, five volēti, five nolenti, peccandi locus relinquetur: quia hoc ipsum velle mulierum, ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur: Nisi enim eam sollicitaverit, & odiosis artibus circumvenerit, non faciet eam velle in tantum scelus sese prodere.

Qui præterea tenentur hoc crimine?

Parentes, quorum maximè vindicta inter- *d. l. in-* erat, si videlicet scelus hoc dissimulaverint, *fin.* injuriam ac dolorem gratiâ, precibus, aut pretio remiserint, poena deportationis in eos decreta. Denique servum hujus criminis reum lex jubet concremari.

DE CRIMINE PECULATUS.

Quid est Peculatus?

Est furtum pecuniae, aut rei sacræ: quam rei sacræ furtum propriè Sacrilegium *l. i. ff.* dicatur. Dictum à Pecore; quod ab eo *ad L.* initium fraudis acceperit. Crimine ergo Peculatus tenentur, qui pecuniam *Jul. pec.* sacram, *§. item* lex *In-* *lia.*

518 INSTIT. IMPER.
religiosam , aut publicam abstulerint , vel
interceperint , & in rem suam verterint ; aut
fecerint , quo quis auferret , vel interciperet ,
vel in rem suam verteret .

Quæ est pœna peculatūs ?

2.1.1. § Primò fuit pœna quadrupli , cui deinde
l. 2. c. successit deportationis poena . In Magistratibus
sed. autem , qui tempore administrationis pu-
blicas pecunias subtraxerint , eorumve mi-
nistris , capitalis est animadversio .

DE CRIMINE SACRILEGI.

Quæ est hujus criminis pœna ?

1.4.§.2. Sacrilegi igne , aut gladio , aut ad bestias ,
1.6.9. § Judicis arbitrio damnantur ; qui tamen &
10. ff. ad temporis & ætatis & sexūs rationem habere
L. Jul. debet . Qui verò sacrilegium impropriè com-
pecul. mittit , hoc est , qui res sacras è locis pro-
fanis furatur , is aut manūs aut pugni ampu-
tatione , aut perpetuo exilio secundūm leges
Cujac. plebitur . Potest & ad hoc crimen referri fur-
in par. tum rei religiosæ , de loco religioso .
ff. b.

DE PLAGIO.

Quid est Plagium ?

6. est § Est liberi hominis , vel servi alieni sup-
inter. pressio , dolo malo facta . Unde apparet ,
1.1.2.3. quid à furto distet . Neque enim liberi ho-
ff. ad l. minis fit furtum , nec servi alieni suppressio
Fab. de dicitur furtum , si non fiat lucri faciendi causā .
plag. Committitur autem plagium plerūmque ce-
lando , permutando ; licet etiam vendendo ,
emendo , donando , permutando , fieri non
dubitetur .

Quæ est pœna Plagiatorum?

Olim fuit pecuniaria, sed ea ut levior jam 1.6. § 1.
pridem in usu esse desit: & successit pœna 7. C. d. t.
metalli, sive exsilio. Hodie in duobus casibus
est ultimum supplicium. I. Si plagiarius ven-
dat servum, vel liberum hominem, aliò
asportandum. II. Si plagiarius filium alterius,
superstite adhuc patre, suppressat.

DE CRIMINE AMBITUS.

Qui tenentur hoc crimen?

Qui honores, officiaque publica, dolis, §. sunt
precibus, vel pretio, ambient & impetrant. præter.
Cui correspondet in foro Pontificio Simonia. l. un. ff.
ad L.

Quâ pœnâ tales puniuntur?

Ex L. Julia prohibentur repetere honores
ad quinquennium. Uno casu est pœna gravior,
cùm propter vim publicam deportatio decer-
nitur: sed illa Romæ obtinuit; in municipiis
fuit poena aureorum centum cum infamia. Jul. de
Quin & in hoc crimen ambientis conatus
pro ipso flagitio habetur; & pari sorte lex
scelus, quām sceleris punit voluntatem, quæ
ad actum aliquem perducta est.

Producta quoque pœna in eum, qui admini-
strationis ratione non redditâ, idem offi-
cium repetit, & continuat.

DE CRIMINE REPE- TUNDARUM.

Quod est hoc crimen?

Est eorum qui in officio publico constituti, Text. hic
pecunias, donum, aut munus aliquod, ut in fine.
officium suum impertiantur, vel contra offi- l. I. § c.

ff. ad L. Jul. repet. cium faciant , capiunt. Nam Cognitores omnes ac Judices à pecuniis atque patrimoniiis manus abstinere debent, nec licet alienum jurgium in suam prædam vertere. Turpissimum enim est obrem judicandam pecuniam accipere , & pretio habere addictam fidem; & religionem.

Quæ pœna hujus?

I. 7. §. fin. ff. d. t. Poena est extraordinaria , nimirum modò levior , ut relegatio , vel ordinis amotio : modò gravior , ut exsilio sive deportatio , vel etiam ultimum supplicium ; pro modo scilicet & qualitate sceleris. Quo fit , ut si ob hominem necandum Judices pecuniam acceperint , aut licet non acceperint , calore tamen ducti interficerint innocentem , capite plecti debeat. Cæterum , si civiliter agatur , jubent leges eos quadrupli restitutione atque exsilio damnari.

I. 2. ff. §. I. 5. c. cod. I. ult. ff. ad L. Jul. pec. Datur & in heredes actio , intra annum duntaxat à morte ejus , qui arguebatur ; nec immeritò : cum principalis quæstio ratione officii super pecunia turpiter quæsita moveatur , quam iniquū esset cedere lucro heredis.

DE CRIMINE FRAUDÆ TÆ ANNONÆ.

Quod est hoc crimen?

I. 1. § 2. ff. ad L. Jul. de annonæ. In quod incident illi , qui annonam flagellant , vexant , aut faciunt , quominus abundant ejus copia sit , vel ut major caritas.

Quæ est pœna hujus judicii?

Ex L. Julia , quænam fuerit , non satis constat : hodierno jure alia est pecuniaria viginti aureorum , alia relegatio , alia metalli , pro qualitate delicti & personarū conditione.

Est

Est & crimen *Stellionatus*, id est, cuiuscumque iniquæ dissimulationis, & imposturæ, & turpitudinis in fraudem alterius factæ.

DE RESIDUIS.

Quid est Crimen Residuorum?

Est pecuniæ publicæ, alicui ad usum publicum datæ & attributæ, retentio sive in solidum sive ex parte. Quæ enim in privata pecunia dicuntur *Reliqua*, ea in publica pecunia sunt *Residua*. Committunt igitur crimen hoc, qui publicam pecuniam sibi ad usum aliquem creditam non erogaverint, vel in alios usus consumpserint; quive eam quæ ex publicis rationibus aliâve causâ apud eos remanserit, non restituerint.

Quâ Pœnâ coërcentur?

Convicti criminis, præter infamiam, etiam in tertiam partem amplius, quam debent, mulctantur: ut si retinuerint ducenos aureos, præstent trecentos. Non nunquam etiam in duplum damnantur. Competunt autem hæc judicia, peculatûs, de residuis, & repetundarum, (ut paulò ante dixi) etiam in heredes; nec immeritò, cum in his quæstio principalis ablatæ pecuniaæ moveatur.

FINIS.

INDEX TITULORUM.

Prior numerus Librum, posterior
Titulum, designat.

D E

| | | |
|----------|--|-----------|
| A | Cquisitione per arrogationem. | 3. 11 |
| | Actionibus. | 4. 6 |
| | Ademptione legatorum, & transla- tione eorum. | 2. 21 |
| | Adoptionibus. | 1. 11 |
| | Assignatione libertorum. | 3. 9 |
| | Attiliano tutori, & eo qui ex lege Julia & Titia dabatur. | 1. 20 |
| | Auctoritate tutorum. | 1. 21 |
| | Bonorum possessionibus. | 3. 10 |
| | Capitis diminutione. | 1. 16 |
| | Codicillis. | 2. 25 |
| | Curatoribus. | 1. 23 |
| | Divisione stipulationum. | 3. 19 |
| | Donationibus. | 2. 7 |
| | Duabus reis stipulandi & promittendi. | 3. 17. |
| | Emptione & venditione. | 3. 24 |
| | Eo, cui libertatis causâ bona addicuntur. | 3. 12 |
| | Exceptionibus. | 4. 13 |
| | Excusationibus tutorum, vel curatorum. | 1. 15 |
| | Exheredatione liberorum. | 2. 13 |

INDEX TITULORUM. 523

| | |
|--|-------|
| <i>Fideicommisariis hereditatibus: & ad Senatus-</i> | |
| <i>consultum Trebellianum.</i> | 2. 23 |
| <i>Fidejussoribus.</i> | 3. 21 |
| <i>Fiduciaria tutela.</i> | 1. 19 |
| <i>Gradibus cognationum.</i> | 3. 6 |
| <i>Heredibus instituendis.</i> | 2. 14 |
| <i>Hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur.</i> | 3. 1 |
| <i>Heredum qualitate, & differentia.</i> | 2. 19 |
| <i>Ingenuis.</i> | 1. 4 |
| <i>Injurii.</i> | 4. 4 |
| <i>Inofficiose testamento.</i> | 2. 18 |
| <i>Interdictis.</i> | 4. 15 |
| <i>Inutilibus stipulationibus.</i> | 3. 20 |
| <i>Iis, qui sui vel alieni juris sunt.</i> | 1. 8 |
| <i>Iis, per quos agere possumus.</i> | 4. 10 |
| <i>Justitia & Jure.</i> | 1. 1 |
| <i>Jure naturali, gentium, & civili.</i> | 1. 2 |
| <i>Jure personarum.</i> | 1. 3 |
| <i>Legatis.</i> | 2. 20 |
| <i>Legitima agnatorum successione.</i> | 3. 2 |
| <i>Legitima agnatorum tutela.</i> | 1. 15 |
| <i>Legitima patronorum tutela.</i> | 1. 17 |
| <i>Legitima parentum tutela.</i> | 1. 18 |
| <i>Lege Fusia Caninia tollenda.</i> | 1. 7 |
| <i>Lege Falcidia.</i> | 1. 22 |
| <i>Lege Aquilia.</i> | 4. 3 |
| <i>Libertinis.</i> | 1. 5 |
| <i>Litterarum obligationibus.</i> | 3. 22 |
| <i>Locatione & Conductione.</i> | 3. 25 |
| <i>Mandato.</i> | 3. 27 |
| <i>Militari testamento.</i> | 2. 11 |
| <i>Noxalibus actionibus.</i> | 4. 8 |
| <i>Nuptiis.</i> | 1. 10 |
| <i>Obligationibus.</i> | 3. 14 |
| <i>Obligationibus ex consensu.</i> | 3. 23 |
| <i>Obligationibus, quæ ex quasi contractu nascon-</i> | |
| <i>tur.</i> | 3. 28 |

524 INDEX TITULORUM.

Obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. 45.

Obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur.

Officio Judicis. 4. 5.

Patria potestate. 4. 17.

Per quas personas cuique acquiratur. 2. 9.

Per quas personas nobis obligatio acquiratur.

Perpetuis & temporalibus actionibus. 4. 12.

Pœna temerè litigantium. 4. 16.

Publicis iudiciis. 4. 18.

Pupillari substitutione. 2. 16.

Qui testamento tutores dari possunt. 1. 14.

Quibus ex causis manumittere non liceat. 1.

Quibus modis jus patriæ potestatis solvatur.

Quibus modis tutela finiatur. 1. 12.

Quibus alienare liceat, vel non. 2. 8.

Quibus non sit permisum facere testamentum.

Quibus modis testamenta infirmentur. 2. 17.

Quibus modis re contrahatur obligatio. 3. 15.

Quibus modis tollatur obligatio. 3. 30.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. 4. 7.

Rerum divisione, & acquirendo dominio. 2.

Rebus corporalibus, & incorporalibus. 2. 2.

Replicationibus. 4. 14.

Satisfatione tutorum, vel curatorum. 1. 24.

Satisfationibus. 4. 11.

Senatus consulto Tertulliano. 3. 3.

Senatus consulto Orphitiano. 3. 4.

Servitutibus. 2. 3.

Servili cognatione. 3. 7.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 4. 9.

INDEX TITULORUM. 525

| | |
|--|-------------|
| <i>Singulis rebus per fideicommissum relictis.</i> | |
| <i>Societate:</i> | 2. 24 |
| <i>Stipulatione servorum.</i> | 3. 26 |
| <i>Substitutionibus.</i> | 3. 18 |
| <i>Successione cognatorum.</i> | 2. 15; 3. 5 |
| <i>Successione libertorum.</i> | 3. 8 |
| <i>Successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex senatusconsulto Claudio.</i> | 3. 13 |
| <i>Suspectis tutoribus vel curatoribus.</i> | 1. 26 |
| <i>Testamentis ordinandis.</i> | 2. 10 |
| <i>Tutelis.</i> | 1. 13 |
| <i>Verborum obligationibus.</i> | 3. 16 |
| <i>Vi bonorum raptorum.</i> | 4. 2 |
| <i>Usu & habitatione.</i> | 2. 5 |
| <i>Usufructu.</i> | 2. 4 |
| <i>Usucaptionibus, & longi temporis præscriptionibus.</i> | 2. 6 |
| <i>Vulgari substitutione.</i> | 2. 15 |

FINIS.

| | |
|--|--------|
| 524. INDEX TITULORUM. | |
| <i>Obligationibus, quæ ex delicto nascuntur.</i> | 45. |
| I. | |
| <i>Obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur.</i> | |
| | 4. 5. |
| <i>Officio Judicis.</i> | 4. 17. |
| <i>Patria potestate.</i> | I. 9. |
| <i>Per quas personas cuique acquiratur.</i> | 2. 9. |
| <i>Per quas personas nobis obligatio acquiratur.</i> | |
| | 3. 29. |
| <i>Perpetuis & temporalibus actionibus.</i> | 4. 12. |
| <i>Pœna temerè litigantium.</i> | 4. 16. |
| <i>Publicis judiciis.</i> | 4. 18. |
| <i>Pupillari substitutione.</i> | 2. 16. |
| <i>Qui testamento rutores dari possunt.</i> | I. 14. |
| <i>Quibus ex causis manumittere non liceat.</i> | I. 6. |
| 6. | |
| <i>Quibus modis jus patriæ potestatis solvatur.</i> | |
| | I. 12. |
| <i>Quibus modis tutela finiatur.</i> | I. 22. |
| <i>Quibus alienare liceat, vel non.</i> | 2. 8. |
| <i>Quibus non sit permisum facere testamentum.</i> | |
| | 2. 12. |
| <i>Quibus modis testamenta infirmentur.</i> | 2. 17. |
| <i>Quibus modis re contrahatur obligatio.</i> | 3. 15. |
| <i>Quibus modis tollatur obligatio.</i> | 3. 30. |
| <i>Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.</i> | 4. 7. |
| <i>Rerum divisione, & acquirendo dominio.</i> | 2. |
| I. | |
| <i>Rebus corporalibus, & incorporalibus.</i> | 2. 2. |
| <i>Replicationibus.</i> | 4. 14. |
| <i>Satisfactione tutorum, vel curatorum.</i> | I. 24. |
| <i>Satisfactionibus.</i> | 4. 11. |
| <i>Senatusconsulto Tertulliano.</i> | 3. 3. |
| <i>Senatusconsulto Orphitiano.</i> | 3. 4. |
| <i>Servitutibus.</i> | 2. 3. |
| <i>Servili cognatione.</i> | 3. 7. |
| <i>Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.</i> | 4. 9. |

INDEX TITULORUM. 525

| | |
|---|---------------|
| <i>Singulis rebus per fideicommissum relatis.</i> | |
| <i>Societate.</i> | 2. 24. |
| <i>Stipulatione servorum.</i> | 3. 26. |
| <i>Substitutionibus.</i> | 3. 18. |
| <i>Successione cognatorum.</i> | 2. 15; 3. 16. |
| <i>Successione libertorum.</i> | 3. 5. |
| <i>Successionibus sublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, &c ex senatusconsulto Claudio.</i> | 3. 8. |
| <i>Suspectis tutoribus vel curatoribus.</i> | 1. 26. |
| <i>Testamentis ordinandis.</i> | 2. 10. |
| <i>Tutelis.</i> | 1. 13. |
| <i>Verborum obligationibus.</i> | 3. 16. |
| <i>Vi bonorum raptorum.</i> | 4. 2. |
| <i>Usu & habitatione..</i> | 2. 5. |
| <i>Usufructu.</i> | 2. 4. |
| <i>Usuaptionibus, & longi temporis præscriptionibus.</i> | 2. 6. |
| <i>Vulgari substitutione.</i> | 2. 15. |

FINIS.

APPROBATIO.

EX Mandato Illustrissimi Regio-
rum Sigillorum Custodis , perlegi
*Antonii Perezii J. C. Institutiones im-
periales erotematibus distinctas , atque
editionis iteratione dignas reperi.*
Parisiis , die 2. Augusti 1735.

RASSICOD.



PRIVILEGE DU ROT.

LOUIS par la grace de Dieu , Roy de France & de Navarre ; A nos Amez & Feaux Conseillers, les Gens tenans nos Cours de Parlement , Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand Conseil, Prévôt de Paris , Baillifs , Sénéchaux , leurs Lieutenants Civils & autres nos Justiciers qu'il appartiendra , SALUT. Nôtre bien amé JEAN FAULCON , Imprimeur à Poitiers , Nous ayant fait supplier de luy accorder nos Lettres de Permission pour l'Impression d'*Antonii Perezii J.C. Institutiones imperiales erotematibus distinctas* ; *L'Office de la Semaine Sainte selon le Missel & le Breviaire Romain en Latin* ; *Extrait du Rituel Romain pour bien administrer les Sacremens* ; offrant pour cet effet de les imprimer ou faire imprimer en bon Papier & beaux Caractères , suivant

la feüille imprimée & attachée pour modéle
sous le Contrescel des Présentes : Nous luy
ayons permis & permettons par ces présen-
tes d'imprimer ou faire imprimer lesdits
Livres cy-dessus spécifiez, en un ou plusieurs
Volumes, conjointement ou séparément, &
autant de fois que bon lui semblera, & de
les vendre, faire vendre & débiter par tout
notre Royaume, pendant le temps de trois
années consécutives, à compter du jour de
la date desdites présentes ; Faisons défenses
à tous Imprimeurs, Libraires & autres per-
sonnes, de quelque qualité & condition
qu'elles soient, d'en introduire d'impression
étrangere dans aucun lieu de notre obéi-
fance ; à la charge que ces présentes seront
enregistrées tout au long sur le Registre de la
Communauté des Libraires & Imprimeurs
de Paris, dans trois mois de la date d'icelles ;
Que l'impression de ces Livres sera faite
dans notre Royaume & non ailleurs ; & que
l'Impétrant se conformera en tout aux Ré-
glemens de la Librairie, & notamment à
celui du dixiéme Avril 1725, & qu'avant que
de les exposer en vente, les Manuscrits ou
Imprimés qui auront servi de copie à l'Im-
pression desdits Livres seront remis dans le
même état où les Approbations y auront
été données, ès mains de notre très-cher &
Féal Chevalier Garde des Sceaux de France
le Sieur Chauvelin ; & qu'il en sera ensuite
remis deux Exemplaires de chacun dans notre
Bibliothéque Publique, un dans celle de
notre Château du Louvre, & un dans celle
de notre très-cher & Féal Chevalier Garde
des Sceaux de France le Sieur Chauvelin ;
le tout à peine de nullité des Présentes ; du
contenu desquelles vous mandons & enjoi-

gnons de faire joüir l'Exposant ou ses Ayants cause pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement; Voulons qu'à la copie desdites Présentes, qui seront imprimées tout au long au commencement ou à la fin desdits Livres, foy soit ajoutée comme à l'original; Commandons au premier notre Huissier ou Sergent de faire pour l'exécution d'icelles tous Actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, & nonobstant Clameur de Haro, Chartre Normande & Lettres à ce contraires; CAR tel est notre plaisir. DONNE à Paris le seizeme jour du mois d'Aoust, l'an de grace mil sept cent trente-cinq, & de notre Regne le vingtième. Par le Roy en son Conseil. SAINTON.

Registré sur le Registre IX. de la Chambre Royale des Libraires & Imprimeurs de Paris, No. 148. fol. 143. conformément aux anciens Réglemenrs confirmés par celui du vingt-huitième Février 1723. A Paris le 18. Aoust 1735. G. MARTIN, Syndic.

3^e édition Corrigée opus

2^e édition Corrigée opus

Cosse libro de Dⁿ Agui
lmo Maldonado y Ga
rrido Colegio en el
de Sra Cathalina Man
tin de los Verdes



Día 23 de octubre
de 1767 - se comeno
este libro.



Aula

oty

Actuame en la Academia
a orn Joseph Aquilino Alva-
narez Maldonado Sanchez²
Gonzalo de Leon

